Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



eius a mortuis & opit multitudinem peccatorum.
Illo t. Dixit ihs. d. ss. Qis uestrum habebit amicum. & ibit
ad illum media nocte. & dicet illi. Amice commoda mihi
tres panes. quia amicus meus uenit de uia ad me. & non habeo
quod ponam ante illum. Et ille deinde respondens dicat.
Noli mihi molestus esse iam ostium clausum est. & pueri mei mecum
sunt in cubili. non possum surgere & dare tibi. & ille si perseuerauerit
pulsans. dico uobis. & si non dabit illi surgens eo quod a
micus eius sit. propter impudentiam eius tamen surget. & dabit illi
quot quot habet necessarios. Et ego uobis dico. Petite & da
bitur uobis. querite & inuenietis. pulsate & aperietur uobis.
Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. & pul
santi aperietur. Quis autem ex uobis patrem petit panem numquid
lapidem dabit illi. Aut piscem. numquid pro pisce serpentem
dabit illi. Aut si petierit ouum. numquid porriget illi scor
pionem. Si igitur uos cum sitis mali nostis bona data dare fi
liis uestris. quanto magis pater uester de celo dabit spiritum bonum
petentibus se.

In Vigilia ascensionis ad ephesios

Fratres. Unicuique uestrum data est gratia. secundum mensuram do
nationis xpi. Propter quod dicit. Ascendens in altum
captiua duxit captiuitatem. dedit dona hominibus. Quod
autem ascendit. quid est. nisi quia & descendit primum in in
feriores partes terre. Qui descendit. ipse est & qui ascendit
super omnes celos. ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quos
dam quidem apostolos. alios autem prophetas. alios uero euangeli
stas. alios autem pastores & doctores. ad consummationem sanctorum
in opus ministerij. in edificationem corporis xi. donec occurra
mus omnes in unitatem fidei. & agnitionis filij dei.

231